

fuit. At Romanis, si quidem à Mar. xxiii. aureo numero 1, annus cycli primus inierit, epactæ xxx. fuere, quoniam antecedit lunatio tricenaria, & Luna idem xxiii. Martii tricesima fuit. Quòd si ab Apr. iv. & aureo numero xix. cyclus inuit, non minus epactæ xxx. fuerunt anno 1: sed aureus tum numerus erat xix, non 1. Atque hac sanè ratione verum est, quod ex Beda, & Campano paulò antè dicebamus, epactas xxx. anni xix, ex xxix. diebus, & uno ob saltum addito confici. Nam in embolismo anni xix, versura fit unius diei, qui Julio mense per saltum eximitur. Idem valet, si à Kal. Jan. & aureo numero 111. cyclum ordiamur. Sed communis illa computistarum, uti dictum est, opinio fuit, aureo numero corrente 1, epactas esse nullas; aureo verò numero xix, epactas xviii. nimirum quòd epactæ dies illi conferentur, qui proximè Martii vicessimum tertium, & aureum numerum 1. antecederent. Nam auro numero xix. Luna Martii xxiii, est octava decima

CAPUT XXIII.

De altera & vulgari epactarum ratione.

HUIC ex Computistarum auctoritate veterum constituta à nobis epactarum ordinationi, subicienda est altera, quæ epactas cycli decemnovennalis aliter instituit. Primo enim anno, aureoque numero 1. nonnulli tribuunt xi; secundo, xxii; tertio 111, & sic deinceps epactas ita formant, ut ad aureum numerum, decem, viginti, aut triginta, prout annus postulat, adjungant quæ est vulgari epactarum propagatio. Eam verò Kalendarii Romani methodus imprimis adfiscit, quæ vulgariis Breviariis, ac Missalibus præfigi solebat; tum quæ in Canonibus Kalendarii Gregoriani, quos Clavius ante Kalendarium suum edidit, Canone 11, legitur. Ibi enim aureo numero 1. respondent epactæ xi; & xix, respondent xxix. Eadem est Joannis Staefleri sententia Propof. xxxiv, & Petri Pitati, ut supra demonstravimus; quam & Græci sequuntur, ut Maximus in Computo, Chronicon Alexandrinum Isaac Argyrus. Scaliger denique non aliam epactarum seriem agnoscit, velut libro vii. hujus Operis, pag. 733. Denique pauci hodie sunt, qui cum de cyclo decemnovennali Nicæno loquantur, aliam epactarum seriem agnoscant. Hanc & Mariana libro de die mortis Christi, dum cyclos Paschales ab anno primo Christi describit, non aliam epactarum genus adhibuit. Quo nomine perperam à Jurisconsulto reprehensus est in Notis ad Canones Ecclesiæ Africanæ, ad Epistolam Cyrilli, in qua anni ccccxx. Pascha in xviii. Aprilis indicit. Cum igitur anno illo Christi ccccxx. Mariana epactas 111. adnotasset, adhibuit Jurisconsultus in consilium virum quendam harum rerum peritissimum; à quo didicisse se refert, non epactas 111. anno isto, sed nullas, hoc est xxxix, vel xxx, fuisse. Nimirum adeò peritus fuit ille vir, qui de epactis Jurisconsulto respondit, ut inter Tropicas, & Nicenas epactas nesciret distinguere. Nam Tropica quidem epactæ sæculo illo fuerint nullæ, hoc est xxx. in anno Gregoriano. At Nicæna, secundum Bedæ & Campani sententiam, xxii: secundum Staeflerum, & vulgarem rationem, 111. Unde nullum hac ex parte Marianæ peccatum est. Sed quam apud posteriores illos, qui aureo numero 1. epactas affixerunt xi, ex ipse rationem habuerint, quàmve ad epocham comparatæ sint, difficile est intelligere. Nam priorum illorum, qui epactas nullas aureo numero 1. vindicant, causa est expeditior. Epocham enim in xxiii. Martii fixerunt. ante quem diem, quot superflui dies erant, totidem epactas putabant. Posteriores, qui peraque ut illi ab aureo numero 1. cyclum inchoant, si eandem epocham observarunt, quomodo aureo numero 1. epactæ xi. esse poterunt; cum qui proximè vicessimum tertium Martii antecedit dies, tricesimus esset, ultimusque lunationis, non undecimus? An eorum institutum ex Dionysiana epocha originem habuit, quæ in iv. Aprilis constituit: adeò ut epactas appellarent superfluos illos dies, qui in tertium Aprilis definerent; quamvis ipsi paulatim aliud cycli principium, quam quod in Larticulo Dionysiano proditum erat, constituisserint, & ad xxiii. Martii à quarto die Aprilis initium cycli transulissent? Ut enim ii, qui Dionysianum initium rei-

nentes, epactas xviii. anno xix. imputabant, duplicem habebant epocham; alteram anni in iv. Aprilis; alteram epactarum, in xxiii. Martii: ita posteriores duplicem itidem cardinem, sed *ἀνακαθ' ἑαυτάς*, observare poterunt. ut anni primi epocham in xxiii. Martii; epactarum, in 111. Aprilis statuerent. Nec illud obstat, quòd anno primo cycli, & aureo numero 1. Aprilis tertio duodecima Luna fuit, non undecima, propter Lunæ saltum. Quamvis enim à cyclo decimonono ad primum, duodecim, non undecim dierum adjectio fieret; undecim tamen imputabantur; ac dies unus dissimulabatur. quemadmodum Dionysius ab eodem die, in quem annus ultimus deserat, primum instaurati cycli cepit: uti suo loco declaravimus; ne dies unus ob saltum exemptus animadvertetur; néve primus annus, falcum, quem ille à xv. primo mensis ad xiv. primi mensis posterioris anni perducebat, uno die defectus appareret. Ob id xviii. bis numerabat. Quòd si à Neomenia ipsa, non à xv. Luna annum inchoasset, perinde tertiam Aprilis bis putasset, in eaque Neomeniam Paschalem auri numeri xix, qui est cycli primus annus, collocasset. Hoc modo undecim tantum epactæ ab anno, qui aureum numerum xix. habet, relictae aureo numero 1. tribui poterunt. Aut igitur ejusmodi illorum ratio fuit, qui veteri epactarum relicta ferie, aureo numero primo xi. assignarunt; aut, quod in lunari cycli fieri videbant, qui methodi gratiâ, ad ætatem Lunæ Januarii potissimum Kalendis obtinendam adhiberi solebat; id in decemnovennalem paulatim inveniunt. Nam cycli lunaris numero 1, epactæ xi. congruunt, ut postea dicemus. Sed in istis *ἀνακαθ' ἑαυτάς*, imò verò *ἀνακαθ' ἑαυτὰς* desino.

CAPUT XXIV.

De cyclo epactarum Paschali.

EPACTARUM ratiocinia non ab eodem mense, unde cyclus incipit, ex Computistarum methodo, ducuntur: sed cum cyclus à Paschali mense, aut, ut recentioribus placuit, à Januario profiscitur, epactarum *ἀνακαθ' ἑαυτάς* à Septembri procedit. Hinc epactarum cyclus à Romano inchoatus est. quod cap. xxi. Campanus docet. Ait enim cyclum epactarum quatuor mensibus inire ante cyclum decemnovennalem & auri numeri. Hic enim posterior à Kal. Jan. post Septembrem, unde cyclos epactarum incipit, exordium habet ex Campani sententia. Ideò à Kal. Sept. ad finem Decembris, cyclus epactarum decemnovennalem unitate superat: à Kal. Jan. ad Septembrem, pares sunt ambo. Habet autem epactarum ille cyclus eisdem proflus cum Alexandrinis epactas. Nam primus annus, xxix. sibi vindicat: secundus, xi: tertius, xxii, & ita deinceps. Incipit enim cyclus iste cum Alexandrino decemnovennali, & ab eadem Septembris epocha progreditur. imò ipsamet Alexandrinorum epactæ sunt, cum cyclo decemnovennali Romano conjunctæ. Cyclus Alexandrinus Paschalis à Romano nulla re alia discrepat, nisi quòd Alexandrinus à xxix. Aug. ad Decembrem exeuntem numeros habet unitate majores; quàm Romanus. Quocirca cyclus epactarum cum Alexandrini cycli Paschalis aureis numeris planè convenit; Romani verò numeros unitate superat. Aureo numero Romano corrente xix, velut anno Christi xviii, Neomenia prima Alexandria inuit Augusti xxviii, quæ est caput anni primi, & auri primi numeri in Alexandrino Kalendario. At Romani aureum xix. ad Decembrem usque continuant. Proinde à Kal. Jan. ad Septem. epactæ xviii. cum aureo numero xix. concurrunt: à Septembri augetur cyclus epactarum, & primus annus ejusdem incipit: qui epactas xxix. habet. Unde à Septembri aureo numero Romano xix. adjunguntur epactæ xxix, quæ post decembrem, incunte Januario, cum aureo numero 1. componentur: ac tum aureus numerus 1. cum cyclo epactarum congruet.

Hæc ad Alexandrinorum imitationem manifestè sunt expressa. quamquam & Romanorum, vel Latinorum epilogismos lunares Judæorum exemplo à Septembri exordium sumpsisse supra demonstravimus. Verùm à xxiv. die dumtaxat inibant. Hic à lunatione ipsa, Septembris initium sumitur. Quare tota est Alexandrinorum ista methodus. Beda lib. de Argum. Lunæ cum de regularibus agit, auctor est regularium Lunæ prin-

principium à Cal. Septemb. Romana consuetudine capi, secundum Ægyptios qui epactas mutant in principio Septembris. Quinetiam Bideferus Bedæ Scholasticæ ad caput xlv. libri de ratione temporum, de embolismis agens lunationum epilogismos à Septembri incipit.

Quocirca epactarum in annis singulis investigandarum hæc à Campano ratio capite xxiv. proponitur. Quoniam enim Christus natus est anno tertio cycli epactarum à Cal. Septembris incunte, cyclo verò decemnovennali à Cal. Jan. corrente secundo: conceptus est autem in secundo anno tam cycli epactarum, quàm decemnovennali, quod convenit anno secundo ætæ Dionysianæ: proposito quolibet anno; si inter Cal. Sept. & Decembris finem versetur, ad finem Domini addenda sunt 11. Sin inter Cal. Jan. & Septembris annus ille sit; addenda est unitas. tum summa utrovis in casu per xix. divisâ, quod reliquum est, cyclus erit epactarum. Anno verbi gratiâ Christi mcccxxvi. cycli decemnovennalis & epactarum annus est xiv. Hujus in Septembri inuit annus cycli epactarum xv. labente adhuc decemnovennali xiv. Hoc exemplum cum tota ista doctrina Durandus exponit lib. vii, cap. ix.

Ex his omnibus epactarum prima illa & antiquior ferries colligitur, quam ex Beda supra produximus, nimirum primo aureo numero competere epactam xxx, secundo, xi. Etenim à Sept. ad Decembrem, cum epactarum cyclo unitate aucto, numerus aureus nondum augetur; revera numero aureo 1. tribuuntur epactæ xi. Sed post Kalend. Jan. ad Septembrem, hoc est majore anni parte, congruunt epactæ xxx.

CAPUT XXV.

De epactis cycli lunaris.

CYCLUM lunarem hic sumimus, quatenus à decemnovennali differat, estque eo minor ternarius. Hujus ergo proprie sunt epactæ, quæ eadem, atque in Paschali cyclo, methodo colliguntur, ac per xi. progrediuntur. quarum Beda meminit, capite lv. lib. de rat. Temporum. Eadem verò à Paschali cycli, five decemnovennalis epactis discrepat, quod istæ anno primo cycli, five auri numeri imputantur xxx, five nullæ; anno secundo, xi. at lunares epactæ, corrente numero xix, sunt nullæ; primo verò corrente, sunt xi. five primus annus cycli numero pradius sit 1, five xix. (hoc enim in opinionum varietate positum est, ut supra demonstravimus.) Atque hæc quidem epactarum propagatio recta ferie, & *ἡ φωνὴ* event. Neque enim superflui dies antevertuntur; sed qui ab antecedente anno civili, ac solari relicti sunt, in epactas edunt. quod in epactis Paschaliis posterioris generis non fit, quando xi. aureo primo numero tribuuntur. At in cyclo lunari, cum à Januario, qui primus est civilis anni mensis, incipiat; ordine omnia procedunt. Annus primus cycli lunaris esto, ex Dionysii, Bedæque sententia, is, qui à Calend. Jan. inuit, aureo numero lunari xix; quoniam Neomenia prima numeri hujus cadit in Cal. Jan. quæ est epocha anni civilis; ideò nulli ex anno antecedente dies superflui restant unde epactæ sunt nullæ. Anno sequente, aureo numero 1, Neomenia prima incurrit in Decembris xxi, à quo die ad Calend. Jan. dies sunt superflui xi. Ob id epactæ anni 11. cycli, & auri numeri 1. sunt xi. Quòd si, ut aliis placuisse supra diximus, cyclus lunaris ab aureo numero 1. inchoandus est; anno primo cycli, & numero 1. congruent epactæ xi.

Nunc illud memoria repetendum est, quòd de cyclo lunari supra demonstravimus; nimirum cum apud Latinos & Romanos in usu hæctenus fuisset ad Paschatis solemniam ex ejus methodo celebranda; postea decemnovennali cyclo Alexandrinorum introducto, pedetentim obsolevisse, ac penes solos Computistas, & artifices mansisse; ut ætatem Lunæ in Calendis potissimum invenirent. Etenim cycli decemnovennalis epactæ cum ordinariis regularibus mensium, ætatem Lunæ minimè referunt. Sic enim aureus numerus 111. anno, exempli causâ, ccccxxv. Epactæ sunt vel xxvi, vel 111, neutra verò in Calendis Januariis primam Lunam exhibent; nisi Januasio regulares xi. imputentur; quibus

cum epactæ prioris generis dent xxxi; ut ablatis xxx, prima Luna relinquatur. Sed Januario, primo videlicet mensis, regulares novem assignari contra naturam videtur. Nam unus ad summum debet attribui. Quare ut methodo ac via progrediamur, cyclos lunaris adhibebitur. Deducitis igitur de cyclo decemnovennali tribus, restant xix: epactæ sunt nullæ, quæ cum Calendis ipsis Januariis Neomeniam ostendunt. Hic est cycli lunaris usus in Romano computo; quem Beda capite lv, lvi, & lviii. libri de Temporum rat. præscribit. De annis Christi currentibus duo detrahi jubet, ut cycli lunaris annus habeatur. Christi enim annus 1, secundo anno cycli decemnovennalis, decimo octavo lunaris inuit. Quare detractis duobus de annis Christi, primus existet cycli lunaris annus. Anno cycli decemnovennalis, & auri numeri xi, cyclus lunaris est viii, cujus epactæ xxviii. cum biduo Januarii, dant xxx. addita unitate, pro regulari, sunt xxxi, five Neomenia. Ceterum propter lunarem *επιφάνη* quadridui, à Nicæno sæculo ad Gregorianam castigationem; si citra decem dierum exemptionem numeri auri retrò promoti essent, numeri decemnovennalis cycli, iidem & lunaris fuissent; adeoque cycli ambo in unum coaluissent, quod ad *ἡμετέριον μέτρον* attinet. Nam aureus numerus decemnovennalis xix. à v. Januarii ad Kalendas ipsas transitum fecerat.

CAPUT XXVI.

De regularibus Lunæ.

REGULARES appellant Computistæ numeros quosdam, qui singulorum mensium Calendis affixi sunt, immotique consistunt. Lunares autem, sunt numeri, qui cum epactis conjuncti ætatem Lunæ in Calendis exhibent. Itaque differunt in eo regulares ab epactis, quod hæc quotannis per undenarii incrementa variantur; regulares nunquam mutantur. Constituantur autem regulares ex ætate Lunæ in anno primo cycli lunaris. Quare Alexandrinorum regulares in mensibus tricenariis erunt ejusmodi.

Menses	Regulares.
Thoth	11
Faophi	11
Athyr	111
Choiac	111
Tybi	111
Mechir	111
Phamenoth	111
Pharmuthi	111
Pachon	111
Payni	111
Epiphi	111
Mefori	111

Romano Kalendario duplex regularium genus imputat Beda libro de Argument. Lunæ. Alterum secundum Ægyptios; alterum secundum Romanos. quod discrimen ex duplici initio est exortum. Nam aut à Januario epilogismos inchoamus; aut à Septembri. Hoc posterius initium epactis, carumque cyclo à Computistis attribuitur; in quo Alexandrinos sequuntur, quorum cyclus primus à xxviii. Augusti incipit. Cum igitur epactarum ratiocinium à Septembri ineat; vide quæ sit Luna Calendis singulis anno primo cycli epactarum, qui est primus cycli decemnovennalis Alexandrini. Neomenia est, uti diximus, in xxviii. Augusti: ergo Luna erit quinta Calend. Septembris; Octobris verò quinta; Novembris septima; & ita deinceps. Hi regulares erunt, ac perpetua methodo cum epactis compositi ætatem Lunæ representabunt. Anno cycli epactarum 111, corrente aureo numero 11, epactæ sunt xxxi, quæ cum regularibus Octo-

bris conjunctæ dant xxvii. Luna igitur erit vicefima septima aureo numero 11. in Octobri, inchoato jam epactarum cyclo tertio, qui quatuor mensibus decemnovennalem antecedit. Jam verò si decemnovennalem cyclum ab aureo numero 1, & à Januarii syzygia auspiciari velimus; quoniam anno primo Neomenia in Decembris xxiv. incidit, Luna Kalendis Januarii erit nona; Februarii verò decima; Martii nona, &c. Fiunt hoc modo regulares posterioris generis, quibus cum epactæ compositæ, Lunæ ætatem reddunt per totum cyclum. Utriusque generis typum hic adscribam.

Table with 2 columns: Regulares inuente à Januario and Regulares inuente à Septembri. Rows list months from Januarius to December with corresponding Roman numerals.

Campanus capite xxi. regulares eos solos commemorat, quorum à Septembri ratio progreditur, ut Paulus Forofempronienfis libro vii, ubi & hoc observat; ex regularibus Septembris v, quatuor propriè epactas esse, regularem autem 1, eodémque modo & in reliquis mensibus. Verum qui regulares istos instituerunt, ad duplex initium respectum habuerunt: epactarum à Septembri; & anni lunaris, five cycli decemnovennalis, à Januario, & ad utrumque methodum direxerunt.

Aliud epactarum genus, in quo 111, numero 111, numero autem 1, respondent xi, regularibus istis minime congruit. Nam si incunte aureo numero 111. ætatem Lunæ Kalendis Januarii investigare velis cum epactis 111, regulares addendi erunt xxviii. in Januario; in Februario xxix, & ita in reliquis immanis regularium modus apponetur: qui ne in usitatis quidem illis mediocritas est; cum regulares quàm minimo numero esse debeant; & in primo mense vel nulli, vel paucissimi. Ob id pro decemnovennali cyclo, ad ætatem Lunæ querendam, cyclum lunarem adhibuerunt, detractis ex illo tribus. Ita conflatis epactis, cum paucis regularibus quotam Lunam indagabant. Anno tertio cycli decemnovennalis, deductis tribus, manent xix. cycli lunaris: cujus epactæ nullæ cum uno regulari dant Neomeniam in Kalendis Januarii anno tertio cycli Paschalis. In Februario regulares duo; in Martio 1; in Aprili 11. Denique quotus est dies Kalendarum cujusque mensis à numero 111; tot regulares illi conveniunt. quod in sequenti tabella proponitur.

Table titled 'Regulares cycli lunaris' with 2 columns: Month and Roman numeral value.

Sic igitur brevi & expedita methodo, Lunæ ætas investigari solebat, adjunctis ad epactas lunares regularibus. Possimus & regulares istos paulò aliter conformare; si nimirum in eorum numero Kalendarum dies ipse minime comprehendatur. Ita singulorum mensium regulares in Tabella descripti unitate minuendi sunt. Sed tunc ad epactas, & regulares addenda dies erit Kalendarum. Hic usus regularium cum epactis anno lunari castigato ad Gregorianam methodum hac ætate conveniret, si lunarem dumtaxat non etiam Julianum emendasset. Nam aurei numeri triduo retroacti epactas lunares, & accuratas efficiunt. Scaliger libro vii. de Emendat. pag. 733, ubi de computo Paschali disserit, capite de epactis, ejusmodi lunares epactas, quæ ex solo anno lunari castigato constunt, exhibet. sed neque quod vult assequitur; & de quibus epactis loquitur, quod fieri par erat, non expressit. Hoc enim præcipit, ut ad epactas, quæ decem ad aureos numeros additis formantur, regulares cum mensis addantur. Exemplum: anno mxcvi, quo aureus numerus est 1, epactæ sunt xi, queratur ætas Lunæ Septembris vi. regulares Septembris sunt vii (quot enim diebus à Martio menses absunt; tot sunt regulares) fiunt xviii, quibus accedunt vi. dies Martii. Erit igitur Luna vicefima quarta. Hoc neque in veteri Kalendario, neque in recentiore à Gregorio XIII, atque ab ipso quoque Scaligero castigato, locum habet. Sed nec in illo, quod modò memoravimus, ad Lunæ motus dumtaxat à Scaligero, & ab aliis, præterquam ex Gregoriana ratione correcto. Nam in veteri Kalendario Luna fuisse xxi; in Gregoriano, vel Scaligeriano xiv, quoniam numerus aureus 1, epactam habet 1, quæ est Augusti xxiv. In illo verò Kalendario, quod citra solaris anni correctionem lunares dumtaxat Neomenias emendaret, Luna xxv. foret, non xxiv. Etenim quadridui ætatis esse debet, à sæculo Nicæno. Itaque numerus aureus 1, à xvii. Augusti migrat in xii; à quo die ad vi. Septembris dies sunt xxv. Quòd si Luna fit xxiv, uti Scaligeri methodus docet, numerus aureus 1. ad xiv. Augusti apponendus erit; atque ita tridui, non amplius, anticipatio lunaris erit. quod pro magno piaculo Scaliger Clavio, & Gregoriani anni conditoribus objicit, ut libro superiore docuimus. Sic imprudens in id quod damnaverat incurrit. Atqui Neomeniam ejusdem aurei numeri 1. confert in xii. Septembris, cum in veteri Kalendario in xvi. consisteret. Ibi quatuor dies sunt lunaris antegressiois. Totidem igitur & in Augusto esse debent, ut Neomenia fit in xiii. die; ac proinde vicefima quinta sit in vi. Septembris. Quin fœdius implicat sese, dum post xxiv. Lunam in vi. Septembris, sex ad eam complendam dies reliquos facit. unde Septembris xii. Neomenia sequens incipit. falso. Nam xiii. potius inibit; siquidem sex adhuc dies Neomeniæ priori complendæ residui sunt. Ita xxxi. dies auferet ista lunatio. quod est absurdum. Hæc labes methodi ex eo profecta, quòd quadriduo toto lunares Neomenias anteverit, neque regularium numerum auxit. Etenim si à pristinis, & Nicænis sedibus aurei numeri quadriduo retrò summoveantur, atque æquales epactæ retineantur, regulares Januario 11, Februario 111, Martio 11, Aprili 111, & ita deinceps imputandi, Septembris 1x. Uno verbo regulares omnium mensium, quos superiore Tabella descripsimus, unitate erunt augendi. Sola illa lunaris anni castigatio, quam Gregoriana forma secuta est, in qua triduo numeri aurei retroacti sunt; si citra solaris anni emendationem usurpetur, apprimè lunaris cycli epactis, & regularibus congruit. Verbi gratiâ, anno mxcvi, aureo numero 1. epactæ sunt xi, regulares viii, fiunt xix. erit igitur xix. Luna Kalend. Septembris, sextâ verò die, xxiv.

Cum autem epactarum, ac regularium beneficio, quata Luna sit in singulorum mensium Kalendaris investigetur, eadem ratione numerorum aureorum, & embolismorum dispositio colligitur. Ac de embolismis quidem mensibus, & eorum situ, quatenus per epactas, & regulares constituitur, dictum est supra capite vii. nunc quomodo numeri aurei suas per unumquemque mensem sedes obtineant, breviter hic aperiemus. Summantur epactæ annuæ Paschales, quas antè descripsimus, & cum regularibus mensis cujusque componantur; initio à Septembri ducto. Tum animadvertis mensibus, in quibus plene, aut cavæ lunationes desinant, ubi

ubi ætatem Lunæ in Kalendaris cognoveris, si quidem tricesima Luna sit, proximè sequenti die numerum aureum collocabis. Sin minor sit tricesimâ, & mensis ille cavam lunationem terminet, ad xxix. dies syzygiam expectabis; ad triginta verò, si plena illo in mense lunatio desinat. Exemplum: volo scire ubinam aureus numerus vi. in Februario collocetur. Anno vi. epacta est xxv; regulares Februarii xv, fiunt xxxv. deductis xxx, manent v. Luna igitur est quinta Calend. Febr. Lunatio Februarii cava est. Itaque post Kalendas, residui

sunt dies xxiv. Proinde xxv. die Februarii terminatur: & xxvi. numerus vi. adscribendus erit. Ut autem ætas Lunæ in singulorum mensium Kalendaris veteri in Kalendario statim inveniatur, Tabulam hic ex Campani capite xxvi. describemus, in qua versus sunt xiv. Primus habet annos cycli decemnovennalis epactarum. Secundus epactas annorum. reliqui duodecim, ætatem Lunæ in Kalendaris supra quos in fronte regulares possit sunt.

Large table with 14 columns: Anni cycli epactæ, Septembris, Octobris, Novembris, Decembris, Januarius, Februario, Martii, Aprilis, Maii, Junii, Julii, Augusti. Rows show numerical values for each month across 14 years.

Ad hujus Diagrammatis usum revocandum est in memoriam cyclum epactarum, cui servit, à Kalendis Septembris incipere: à quo mense cyclus epactarum unitatem ad aureos numeros adjicit. Exempli gratiâ; esto annus epactarum cycli primus. Neomenia competit in xxviii. Augusti, cui numerus aureus xix. apponitur est. Usus ergo Tabulæ hic est: Proposito quolibet anno, vide quotus est in cyclo epactarum: hoc est, si tempus inter Septembrem, atque Januarius versetur, ad numerum aureum propositum adde unitatem, & annum quere in primo versu Tabulæ; si autem id est in directum. tum mensem in fronte præscriptum, cum subiecto regulari in versu primo & sequenti, five in transverso, & sequenti, five communis angulus dabit ætatem Lunæ.

Sed methodus aliquando fallit; nimirum quinquè locis: quæ ex Campano capite xxv, & Beda in Ephemeride ita colliges. Primum anno octavo bis; in Kalendis Maii, & Julii. Nam epactæ anni octavi xviii, cum regularibus Maii xi, dant xxviii. Atqui nonnisi xxviii. Luna est iisdem Kalendis: à Kalendis Julii cum tricesima esse deberet, nonnisi xxix. numeratur. Hujus rei causa est, quòd embolizata lunatio anno octavo præter ordinem inserta sit in Martio; unde series ipsa perturbata. Nam quæ Martii sexto incipit eum cava esse deberet, & April. 11. terminari: ut fiat embolizata, plena constituitur. ideo non Aprilii tribuitur; sed nullius mensis est. Quo

fit ut lunatio, quæ in Maio terminatur, Aprilis sit, & cava. Quare Kal. Maii nonnisi xxviii. Luna est, quæ abque embolismo illo fuisset, erat xxviii. Item lunatio quæ Junio incipit uno die descendit. Idèò non xxx. in Kal. Jul. sed xxix. incidit. quod supra cum de Kalendario Alexandrino, & numerorum dispositio agebatur, ostendimus. Tertio, anno xi. cum epactæ xx. cum regularibus Martii ix. dent lunam xxix. Kal. Mart. tamen in anno communi nonnisi xxviii. numeratur. Hujus ratio est, quòd embolismus anno xi. Januario iniens desinat in Februario. Ob id lunatio illa, quam aliqui cavam esse oportuit, plena fit; & uno die numerus aureus xi. in Februario descendit. Quarto, anno xix, & ultimo cycli, epactæ xviii. cum regularibus Maii xi, dant lunam xxix; & tamen vicefima octava dumtaxat est. Nimirum, quòd itidem ut in numero viii. contigit, lunatio quæ in Aprili desinit embolizata plenæque facta fit; atque idcirco numerus xix. uno die summotus est. Ex quo deinceps interrupta plenarum & cavarum alternatione, lunatio illa, quæ in Julio desinit, plena debuit esse: verum ob Lunæ saltum cava permanit. Proinde quinto methodus in Kal. Augusti fallit: quæ Lunam tertiam habent, cum secundam dumtaxat exigant.

CAPUT XXVII

De cyclo Solari.

UNAREM methodum in vetere Calendario hæcenus exposuimus. Nunc Solarem aggredimur; de qua pauca disputanda sunt. Cycli ipse primùm nobis occurrit, qui octo & viginti annis explicatur. quibus nulla, ut in Luna, sit *dominicalis* Solis. sed ferie septem per orbem evolutæ ad idem caput anni Juliani redeunt, eodem deinceps ordine decurrunt xxviii. annorum intervallo. Annus Julianus trecentos sexaginta quinque dies habet, cum appendice sex horarum, quæ si nulla foret, & annus præcisè diebus cccxv. definireretur, cujusmodi Ægyptiacus est; septem annorum spatio ferie omnes orbem suum peragerent. Et enim cccxv. dies per septem divisi, unitatem relinquant. Ob eam causam eadem feria terminatur annus, à qua incipit. Ut si Kalendæ Januariæ in feriam i. incidit, littera corrente A; ultimus Decembris eadem erit feria prima. Sequens igitur annus à feria ii. inchoabitur; tertius, à iii.; & ita porro: donec abfolutis annis vii., annus octavus à feria i. rursus incipiat. Sunt enim septenarii, sive hebdomades in anno quinquaginta duæ, cum uno die superfluo. Verùm Julianus annus, qui horas insuper annus octo colligit, quarto quoque anno diem unum emittit; qui feriam perturbat, & longius *dominicalis* ferie intervalla producit. Nam biduum anno quarto superat. Quoniam igitur varietas illa, quæ in septenario decursu feriarum accidit, quarto quoque anno fit, necesse est ut in minimo numero, quem quatuor, & septem componunt, varietas omnis absolvat, quam excessus ille annus efficit. Is est xxviii. annorum numerus. Quare cycli Solaris anni Juliani est orbis annorum xxviii., in quo septem ferie ordine decurrunt ad idem, unde profectæ sunt, caput reversæ, eundem deinceps ordinem tenent. Litteræ sunt vii. feriarum indices A, B, C, D, E, F, G, quarum singulæ in cyclo quinquies post bissextum Dominicales sunt; ter anno toto; semel post bissextum; ac rursus semel ante bissextum. Quadriennium porro Julianum aut ab anno bissextili incipit, aut ab eo, qui proximè sequitur. Si ab anno primo Christi cycli Solaris ineat, primus annus communis erit; quartus quique, bissextilis. Sed Solaris cycli bissextili proficiscitur, cujus litteræ sunt duæ, GF. quarum prior Dominicalis est à Kal. Jan. ad xxiv. Februarii; posterior, anno reliquo. Itaque Dominicalium litterarum series hoc technico versu continetur.

Gaudeo Francus Equo, David Cane, Baltasar Agno.
Cycli primus annus litteras habet GF, secundus E, tertius D. Ita nonus annus habet DC, qui est annus primus cycli Dionysiani: primus autem æræ Dionysianæ litteram B. Quondam institutus sit iste cycli, competent non habeo. Divinat enim Scaliger, cum Libro 111. Itagoc. Can. pag. 172, ab anno Christi cccxxviii., dimisso Nicæno consensu institutum esse dicit; quod ex opinione illa falsa derivatur, qua Nicænam Synodum ad illum usque annum perseverasse putat; de quo suo loco disputabitur.

CAPUT XXVIII

De concurrentibus, sive epactis Solis, & Regularibus.

QUEMADMODUM ad investigandam ætatem Lunæ annuæ epactæ cum regularibus Calendarum componi solent: sic in vetere Calendario regulares Solis in singulis Calendis cum solaribus itidem epactis quotam feriam indicabant. Concurrentes igitur sunt superflui dies; qui de septenaria dierum partitione in anno antecedente residui sunt. Regulares autem sunt ferie Calendarum in anno primo Calendarum, sive quando littera Dominicalis est G. Discrimen amorum est; quod regulares iidem annis omnibus sunt, neque

mutantur aliquando: Concurrentes, sive epactæ Solis quotannis augentur. Exempli causâ: esto littera Dominicalis G, Calendis Januariis erit feria ii.; Martii Cal. feria v., Aprilis Cal. feria i.; Cal. Maii feria iii., & ita deinceps. Anno confectò, supra hebdomadas integras unus dies excurret, nimirum feria ii. Inde annus sequens inibit à feria iii. Dies igitur ille residuus concurrentes dabit, sive epactas Solis anni sequentis. qui & ipse unum in fine diem ad concurrentes addet: ut sint ii. concurrentes anni alterius, atque hoc modo singulis annis concurrentes augentur; ita ut communes anni unum ad summam diem adjiciant; bissextiles verò, biduum.

Atque ut concurrentium cyclum, & regularium originem intelligamus, primùm Computistarum ea de re sententiam expendemus. Nam perplexè sanè, obscurè loquuntur. Campanus imprimis, qui hæc accuratissime pertractavit, cap. xiii. Computi majoris docet, concurrentium cyclum inchoari à mense Martio, quod eo fit, ne si à Januario progrediatur, duo concurrentes bissextilibus annis imputentur; quod cavendum illi censuerunt. Porro primus annus cycli concurrentium ab anno secundo incipit post institutum Calendarium: ita ut anno illo, quo Calendarium inuit, littera Dominicalis esset A G, & feria v. Cal. Martii; prima Cal. Aprilis. Anno ergo sequente, littera Dominicalis erat F. concurrentes i., qui cum regulari Martii dat feriam vi. nam regulares sunt ferie Calendarum in anno primo instituti Calendarum, ut diximus. Concurrentium verò cycli ab anno, qui illum proximè sequitur, incipit. Hac ratione Regulares in Romano Calendario sunt isti.

Regulares.	
Martius	v
Aprilis	i
Maius	iii
Junius	vi
Julius	i
Augustus	iv
September	vii
October	ii
November	v
December	vii
Januarius	iii
Februarius	vi

Ita verò propagantur. Ubi feriam Calendarum Martii mensis in anno primo Calendarum habueris, verbi causâ v., ad dies xxxi. mensis Martii, adde regulares, sicut xxxvi. Collectam summam divide per vii.: quod restabit, erunt regulares Aprilis, nimirum i. Postea xxxi., qui ex regulari Aprilis, & diebus mensis illius conflantur per vii. divide, reliqui erunt iii., * concurrentes Maii. Sic in reliquis mensibus. December † concurrentes habet vii., qui cum xxxi. diebus faciunt xxxviii. Divide per vii., reliqui erunt iii. Quare § concurrentes Januarii sunt iii., Februarii verò sunt vi. Porro Beda Lib. de Arg. Lunæ duo regularium genera distinguens, primùm, quod Romanum appellat, à Januario incipit; qui regulares dat ii.: alterum à Martio; ita ut undecimus in ferie Januarii regulares obtineat iii., quod Campanus secutus est, qui Januario iii. assignat; & revera, si concurrentium epocha non in Januario, sed in Martio collocetur, regulares Januario tribuendi sunt iii. Sin ii. tantum assignes, concurrentes

* Lege ex Petaviano Codice, regulares. † Emenda & hic, regulares. § Hic quoque lege, regulares.

rentes à Januario aspiciantur sunt. Exempli causâ sumatur annus ille, de quo diximus, qui est proximus ab instituto Calendario, litteram habens F. Concurrentes à Martio sint i.; Januario sequenti iidem concurrentes cum regularibus iii., dabunt feriam iv., littera Dominicali E. Quod si regulares tantum ii. sint, nonnulli iii. feria numerabitur: aut sanè concurrentes erunt ii., ut à Januario iniens cycli concurrentium in Decembri terminetur.

Qui à Januario concurrentes inchoaverit, regulares facili & expedita methodo consequetur; si quota est cujusque mensis initialis littera ab A, addita insuper unitate, tot concurrentes numeret. Martii Kalendis affixa est littera D. ea quarta est ab A. adde unum; regulares sunt V. Januarius habet A: adde i., erunt regulares duo. Cum autem annus primus cycli concurrentium haberet litteram dominicalem F, & primus fuerit post bissextilem, in quo litteræ fuerunt A G, concurrentes verò post bissextum vii.; facile erit cyclum epactarum Solis, id est, concurrentium conficere, si septem litteræ eo ordine serventur, quo in technico illo versu continentur.

Filius Esto Dei, Calum Bonus Accipe Gratis.
Primo anno cycli littera concurrentium, quæ & Dominicalis est F: secundo littera E: tertio D: quarto C B. Antiqui Computistæ numeris utebantur. Nam pro littera F. fovebant i.; pro E. ii., & ita in reliquis, ut in hac

F	i
E	ii
D	iii
C	iv
B	v
A	vi
G	vii

Tabella patet. Ideò quota quælibet Dominicalis littera est ab F, ordine retrogrado, tot erant concurrentes. Hæc prima concurrentium ratio à Campano præscribitur. Alteram idem auctor hunc in modum constituit. Primum annum Calendarum ponit eum, qui litteram habuit A, proximè ante bissextilem, cujus littera sunt GF. ab hoc verò cycli concurrentium exorsus est. Ita anno primo Calendarum cum littera Dominicalis esset A, concurrentes erant vi., ut ex Laterculo constat. Anno sequenti, quo Dominicalis littera erat G F, concurrentes ad bissextum fuere vi.; post bissextum autem i. Ab hoc igitur anno concurrentium cycli inchoabitur. Verùm regulares, quos ab anno primo instituti Calendarum, qui primum cycli proximè præcessit, capi diximus, non erunt ferie Calendarum, sed unitas addenda fuerit. Nam cum in usu est littera Dominicalis A, Kalendis Martii feria est iv., non v. Hanc cycli diversitatem, & perturbationem Campanus Gentilium ex opinione derivatam ait, qui mundum aliquando prodigium esse non putabat. Ideò ab anno bissextili primordia cycli concurrentium capta sunt, cum tamen bissextilem communes aliis annis, à quibus propagetur, antecedere debeant, qua vicissitudine declaratur primum annum omnino non posse reperiri. Sed hæc ratio jocularis est. Nos posteriorem hunc cyclum ab aliis conditionibus arbitratur, qui facilitatis gratiâ eandem litterarum feriam, quæ concurrentibus servitur, esse voluerunt, cum ea qua Dominicales litteræ progrediuntur, quæ hoc versu describitur à Beda: *Gaudia Frenet, Equos Dum Geryn Belliger, Armata.* Porro Regulares secundum priorem methodum ab eo anno capti sunt, quo Dominicalis littera fuit G, anno bissextili; ut videlicet primus mensis sit Aprilis, qui proinde regularis congruit i., xx. *et. 1117. 1117. 1117.*

Ex his apparet concurrentium duplicem esse rationem. Aut enim à Januario incipiunt, aut à Martio. Si à Januario, bissextiles anni concurrentes duos habebunt numeros, litterasque duas. Si à Martio, unum tantum numerum, aut litteram. Rursus bisariam cycli instituitur. Nam aut ab anno primo post bissextilem incipit, littera Dominicali F, aut ab ipso bissextile, littera A G. Utrumque in sequenti Laterculo descripsimus: in quo versus sunt v. Primos continet numerum annorum cycli

¶ Pars I.

concurrentium. Secundus litteras cycli prioris: tertius concurrentium numeros ex Computistarum sententia: quartus litteras cycli posterioris: quintus concurrentium numeros.

Anni cycli.	Cycli primus.	Concurrentes cycli.	Cycli secundus.	Numerus concurrentium cycli.
i	F	i	GF	1
ii	E	2	E	2
iii	D	3	D	3
iv	CB	4	C	4
v	A	5	BA	5
vi	G	6	G	6
vii	F	7	F	7
viii	ED	8	E	8
ix	C	9	DC	9
x	B	10	B	10
xi	A	11	A	11
xii	GF	12	G	12
xiii	E	13	FE	13
xiv	D	14	D	14
xv	C	15	C	15
xvi	BA	16	B	16
xvii	G	17	AG	17
xviii	F	18	F	18
xix	E	19	E	19
xx	DC	20	D	20
xxi	B	21	CB	21
xxii	A	22	A	22
xxiii	G	23	G	23
xxiv	FE	24	F	24
xxv	D	25	ED	25
xxvi	C	26	C	26
xxvii	B	27	B	27
xxviii	AG	28	A	28

Computistæ veteres concurrentes numeris exprimentes posteriorem numerorum ordinem usurpabant; ut ex Beda constat, Lib. de Argument. Luna. Ac posterior quidem cycli ab anno duodecimo prioris incipit. Prior verò vicissim ab anno xviii. posterioris. Annus primus æræ Christianæ fuit xxi. cycli concurrentium prioris, & decimus posterioris: qui idem est cum Dominicalium litterarum ordine. Fuit enim anno i. Christi littera B, Concurrentes v.

Scaliger Lib. vii., Concurrentes aliter ordinavit. Horum enim cyclum à litteris A G exorsus est, ita ut A sit i., B 2., & ita reliqui. Methodus eodem relabatur. Sed nos Computistarum veterum rationem, non recens fabricatam exquirimus. Ut igitur paucis absolvam; Concurrentes, sive epactas Solis constitue, ut in posteriore cyclo, i, 2, 3, 4, 6, 7, &c. Tum ut facile cujusvis anni Concurrentes invenias in Calendario veteri: quare Dominicalium litteram post bissextilis diei locum currentem. Ea quota est ab F. ordine retrogrado, tot Concurrentes numeri. Exemplum: Anno mdcxxxii., littera Dominicalis erat B, cyclo Solis xxvii. Hæc littera ab E. est quinta. Proinde Concurrentes erant v. à Martio. Ante Martium erant Concurrentes iv. Quoniam autem à Martio Concurrentes incipio, non à Januario; regulares assumendi sunt in Januario iii., ut habeant feriam vii. Si à Januario Concurrentes aspiciari vellem, nonnulli ii. regulares ei tribuerem, qui cum Concurrentibus v., dant eandem feriam vii. Hæc Concurrentium, ac regularium methodus. Quotus verò sit annus cycli supervacaneum est inquirere. Verùm si quis scire istud avert, ad annos Christi addat xx; constatur per xxviii. dividat: residuum erit annus cycli prioris Concurrentium. Nam posterioris cycli Concurrentium idem est annus, qui cycli Dominicalium litterarum; in quo primus annus Christi, decimus est. Computistæ cum de cyclo Concurrentium loquantur, primum intelligunt: cujus annus xxi. est primus æræ Christianæ; in quo Christum incarnatum

¶ Pars II.

ac natum esse Dionysius credit, idque a deo verum illo comprehensum, testis est Campanus:

Vigeno primo Christus natus fuit anno.

Ac de Lunæ Solisque methodo in vetere Calendario hæc tenent.

CAPUT XXIX.

Explicatur quatenus in Gregoriano Calendario veteris Calendarii lunaris methodus locum obtineat.

Quæ de veteris Calendarii methodo lunari hæc tenent toto hoc ferè Libro tradita sunt, ea partim in Gregorianum hodiè que competunt; partim abrogata sunt, usu ipsorum cum memoria pariter extincto. Primum enim, quod ad duplicem cyclum atinet, lunarem, & Paschalem; unus est relictus, qui utramque functionem exhibet. Nam epactæ cum mensibus mensium, & regularibus Lunæ, quovis tempore Lunæ ætatem indicant. Hoc ut intelligas, unaque cetera, quæ ad idem argumentum tractabimus, illud memoria repetendum: ex epactis triginta, quæ per totum Calendarium adscribuntur, novemdecim dumtaxat in usu esse sæculo uno vel pluribus, pro eo, atque epactarum mensibus accidit in antecedentia, vel consequentia de qua Lib. VII. cap. XII. dicitur. Mænent enim immota loco, & ad dies suos constanter adherescunt. At aurei numeri ultro citroque promovendi essent, si quidem iis uti vellemus. Et idcirco triginta Calendariis opus foret: quod abundè Clavius noster Lib. de Kalend. Rom. cap. XV. demonstravit. Hoc igitur sæculo epactæ sunt utiles eæ, quæ in Tabula epactarum expansa litteram D præfixam habent; quam Tabulam Lib. VII. proponimus. Sunt autem ejusmodi.

Table with 3 columns: Numerus aureus, Epactæ, and Tabula epactarum huius sæculo servientium. Rows 1-19.

Table titled 'Regulares Lunæ in Kalendis mensium.' with 12 rows for months and their corresponding numbers.

Com iis Calendarum regularibus epactæ annuæ, & mensis si jungantur, habebis ætatem Lunæ. Ut hoc anno Christi MDCCXXV, aureo numero XI, epacta est XXI. ea cum Maii Kalendis, & regularibus 2. composita, dat 24. Lunam in Kalendis ipsi. Quod si alio die, quam Kalendis mensium, Lunam inquiris, eadem est methodus. Esto enim Maii decimus. Cum hoc epacta XXI, & regulares duo, conficiunt 33. Dempis 30; reliqua est Luna tertia. In quo illud animadvertendum in mensibus illis, quibus epactæ binæ concurrunt, propter Anomaliam in cavis Lunæ syzygiis, de summa dierum 30. novem & viginti detrahi, quando epactarum collegium in summam incurrit. Exemplum. Queratur ætas Lunæ Aprilis VIIII. Epacta XXI. cum regularibus 1, & 8. diebus faciunt 30. Proinde deductis 29, restat Neomenia. Ceterum currense XXIIV, vel 25. epacta, ad Opada dierum unitas addenda est illis mensibus, in quibus binæ epactæ in eundem diem incalantur. Quod idè fit, quia ambæ illæ epactæ uno die sedem suam anteverunt, propter Anomaliam.

Lunæ saltus in calce Decembris, annique percommodè collocatur: ubi epacta 19, cum epacta XX committitur. Demum embolimai menses in Decembris, aut Janu-

Januario terminantur, si ad narivum ac simplicem syzygiarum progressum respicias: qui id postulat, ut intercalaris & institutus ille mensis dicatur, qui extra ordi-

nem plenus, aut etiam cavus intetvenit. Itaque embolimai menses hoc sæculo ita procedunt.

Table with 3 columns: Aurei numeri, Neomeniæ embolimai mensium, and numbers. Rows 3-19.

Etenim syzygia illa; verbi causa, quæ 28. Novembris incipit, plena est, & supra duodecim alternis plenarum, cavarumque systema redundat. quod de reliquis eodem modo sentiendum.

His animadvertis, nihil jam expeditius, quam ex regulis supra cap. X. præscriptis, dispositos epactarum in

Gregoriano Calendario rationem reddere, si & embolimatorum mensium situs, & saltus lunaris sedes, & Octaeteridon conditio, uti capite illo disputavimus, ante oculos habeatur: ut vel ex iis methodi nostre præstantiam, & firmitatem, candidus Lector agnoscat.

